Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sepeliri non permisit ipsum Regem non fuisse asserens et Civitas ultimum noluit recipere nisi primo etiam reperto

Henricus comes de Lucelburg Alberto defuncto eligitur in Imperatorem Anno Mº ccc° viii° iste ab Urbano quarto coronatur et multa bella habuit cum emulis suis postea tempore Clementis v aput pisas intoxicatus in corpore christi per fratrem predicatorem procurante Roberto Rege Cecilie obiit ibidem sepultus solempniter cum annis quinque regnasset ab Augusto cxix

Anno Mº ccc° xiiii° in festo sancti luce ewangeliste Electores Maguntinensis duos Reges elegerunt Episcopus Coloniensis dux Saxonie et Comes palatinus elegerunt fridricum ducem Austrie Episcopus vero Maguntinensis Treverensis Marchio Brandeburgensis Rex Bohemie elegerunt ludwicum ducem Bavarie Iste a papa Johanne xxii refutatur quod bindictionem non recepit in tempore et excommunicatur qui fecit scisma magnum aput pisas fratrem Jacobum de Corbario magistrum in theologia fratrum minorum fecit Antipapam qui fecit Cardinales sed aliquam qui postea mortui in Almania et alibi fuerunt Iste regnavit annis xxxiii mortuus est in Monaco Bavarie sepultus

Karolus Bohemie rex mortuo ludwico frankfort in Imperatorem eligitur Anno Mº ccc° xlvii° hic a Clemente papa vi° coronatur et regnavit annis xxxii. cxxi ab Augusto in praga Bohemie moritur et in eadem urbe sepelitur

Wenzeslaus filius Karoli iiiiti Imperatoris Rex Bohemie vivente patre in Romanorum Regem eligitur Anno domini Mº ccc° lxxvii° et post mortem patris Imperium tenuit et tenet hodie videlicet Anno Mº ccc° xcvi°

Rupertus dux Bavarie Romanorum Rex electus fuit Anno ccc° et rexit x annis et mortuus fuit in Oppenheim Anno x ipso die trinitatis

Sigismundus Rex ungarie et Bohemie etc. electus fuit in Romanorum regem Anno domini Mº ccc° xi° die xviii mensis octobris

Illi successerunt duo duces austrie anno domini 142[illegible]